



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Cler. Reg. & S. Officij
in Regno Sicil. Consultoris, Practicæ Resolviones
Lectissimorvm Casvum**

Diana, Antonino

Antverpiæ, 1645

Opinio probabilis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41753

quod iuramentum obligat sub mortali. Qui autem eligunt indignos, non solum peccant mortaliter, sed tenentur ad damna inde secuta. (Couv. & alij.) Cum vero plures sunt electi, & eorum nomina coniiciuntur in vnam, ut ex illis vnnus assumatur, si Praetor unum pro alio legat, aut vnam chartulam aliis paulo grandiore faciat, ut illam possit dignoscere, peccat mortaliter, propter iniuriam quam facit aliis, qui habent aequali ius ad illam dignitatem. Suarez p.2. tr.15. ref.67.

4 Tenerur non tantum talis Magistratus, sed etiam Princeps ad officia secularia eligere digniores. Less. & alij 20 Sed contrarium est probabile. Vasq. & alij 4. multo magis tenentur Proreges, & similes, pro officiis illis digniores Regi proponere; neque pecuniam pro eo possunt accipere. ibid. & p.4. tr.4.ref.172. & p.6. tr.6.ref.2.

Opinio probabilis.

1 **L**Icet relictâ opinione probabiliori, & tutiori, sequi probabilem, & minus tutam: quia prudenter agit qui ex opinione probabili operatur. Sanchez

&

460 *Opinio probabilis.*

& alij 32. p. 2. tr. 13. ref. 1. Quare sic ministrantes Sacraenta non peccant contra reverentiam Sacramenti, sed aliquando contra caritatem. *ibid. ref. 2.*

2. Potest quis sequi, tanquam probabilem, opinionem vnius Doctoris probi & docti, maximè si adducat aliquam rationem probabilem, & non sit contra opinionem communem. Sanchez & alij 6. p. 4. tr. 4. ref. 30.

3. Praferenda est sententia fauorabilis suicipienti, sententiæ quæ fauorabilis est Sacramento, etiam in articulo mortis. Quia Sacraenta sunt instituta in fauorem fidelium. *Henriq. & alij. 16. p. 2. tr. 13. ref. 13.*

4. In his quæ pertinent ad fauorem, & utilitatem interrogantis, potest Doctor respondere iuxta aliorum probabilem opinionem, contra suam; ut illum eximat v.g. ab obligatione restituendi. Imò quando de benigniore sententiâ interrogatur, tenetur eam declarare. Sanch & alij 2. *ibid. ref. 14.*

Ordinis Sacramentum.

1. IN ordinatione Sacerdotis sufficit si calix tangatur, et si non tangatur